Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36525
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



51.

Ascendens aut frangensq; panem & gustans. iterum locutus
est ad illos usq; in lucem. & sic profectus est. Adduxerunt autem
puerum uiuentem. & consolati sunt non minime. Nos autem ascen
dentes naue navigauimus in asonem. inde suscepturi pau
lum; sic enim disposuerat ipse. ptiam ut faciurum.
Cum autem euenissemus nos in asonem assumpto eo uenimus
in mitilenem. & inde nauigantes sequenti die ue
nimus contra chium. & alia die applicuimus samum.
& sequenti die uenimus miletum. Proposuerat enim pau
lus transnauigare ephesum. ne qua hora illi fieret
in asia. festinabat enim si possibile esset. ut die pentes
costen faceret hierosolimis. A mileto autem mittens
ephesum uocauit maiores natu ecclie; Qui cum uenissent
ad eum & simul adessent. dixit eis paulus. Vos scitis a prima
die qua ingressus sum in asiam. qualiter uobcum fuerim. seruiens domino cum omni humilitate & lacrimis.
& temptationib; que mi acciderunt exinsidias iudeorum. quomodo
nichil utilius mi subtraxerim quominus adnunciarem
uobis & docere uos publice. & p domos testificans iudeis
atq; gentilib; in penitentiam sibi placarent dm. & fidem
haberent in dnm ihm xpm; & nunc ecce alligatus ego
in spiritu uado in hierlm. que in ea uentura sint mi ignoranti.
nisi quod spiritus sanctus protestatur mi dicens. quia
uincula & tribulationes mi manent; Sed nichil horum
uereor. & non facio animam preciosiorem quam me. dum mi con
sumem cursum meum. & ministerium quod accepi a domino ihu.
testificare euangelium gratie dei. Et nunc ecce ego scio. quia
amplius non uidebitis faciem meam uos omnes. p quos transiui
predicans regnum dei. Qua ppter testor uos hodiernadie.
quia mundus sum a sanguine omnium urum; non enim subtrahi.